

ἀνάπαιστος (πούς), ἀνάπαιστον / *anapaestus* (pes), *anapaeston*

DION. HAL. *de comp. verb.* 17. 108 (p. 70. 17 sqq. Vsener-Radermacher) ὁ δὲ (*scil.* πούς) προλαμβάνων τὰς δύο βραχείας ἀνάπαιστος μὲν καλεῖται, σεμνότητα δ' ἔχει πολλήν· καὶ ἔνθα δεῖ μέγεθός τι περιτιθέναι τοῖς πράγμασιν ἢ πάθος, ἐπιτήδειός ἐστι παραλαμβάνεσθαι· τούτου τὸ σχῆμα τοιόνδε· (Eur. *Hipp.* 201)

βαρὺ μοι κεφαλᾶς ἐπικρανὸν ἔχειν.

DION. HAL. *de comp. verb.* 17. 109 (p. 71. 10 sqq. Vsener-Radermacher) οἱ μέντοι ῥυθμικοὶ τούτου τοῦ ποδός (*scil.* τοῦ δακτύλου) τὴν μακρὰν βραχυτέραν εἶναι φασὶ τῆς τελείας, οὐκ ἔχοντες δ' εἰπεῖν ὅσῳ, καλοῦσιν αὐτὴν ἄλογον. ἕτερός ἐστιν ἀντίστροφον ἔχων τούτῳ ῥυθμόν, ὃς ἀπὸ τῶν βραχειῶν ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν ἄλογον τελευτᾷ· τούτον χωρίσαντες ἀπὸ τῶν ἀναπαιστων κυκλικὸν καλοῦσι παράδειγμα αὐτοῦ φέροντες τοιόνδε· (mel. adesp. 109 [PMG 1027] e Page)

κέχυται πόλις ὑψίπυλος κατὰ γᾶν.

HERHAEST. 11. 5 sqq. τετράχρονοι δὲ (*scil.* πόδες) τρεῖς ... ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς, ἀνάπαιστος.

ARISTID. QVINT. *de mus.* I 15 (p. 35. 18 sqq. Winnington-Ingram) δακτυλικὸς μὲν (*scil.* ὁ ῥυθμός) οὖν ἐκλήθη διὰ τὴν τῶν συλλαβῶν τάξιν ἀναλογοῦσαν τοῖς μέρεσι τοῦ δακτύλου, ἀνάπαιστος δὲ ἢ διὰ τὸ ἀνάπαλιν τετάχθαι ἢ τὸ τὴν φωνὴν διαθεῖν μὲν τὰς βραχείας, ἀναπαύεσθαι δὲ καταντῶσαν ἐπὶ τὴν μακρὰν.

ARISTID. QVINT. *de mus.* I 22 (p. 44. 11 sqq. Winnington-Ingram) τούτων δὲ (*scil.* συλλαβῶν) συντιθεμένων ἀλλήλαις γίνονται πόδες, παρ' ὃ καὶ συστήματα συλλαβῶν εἴρηται ... (16 sqq.) τριῶν δὲ συγκειμένων ὀκτώ (ἢ γὰρ τὰς τρεῖς βραχείας ἔχει καὶ ποιεῖ χορεῖον ... ἢ μίαν μακρὰν, τὰς δὲ λοιπὰς βραχείας κατὰ τὰς τρεῖς χώρας καὶ ποιεῖ δάκτυλον, ἀμφίβραχυν, ἀνάπαιστον κτλ.).

HESESCH. α 3774 Latte ἀμπαιστόν· ἀναπαιστόν.

CHOROB. 181. 24 sqq. οὗτος ὁ πούς τῷ δ' ἀντιπαθεῖ, οἷον ὁ τροχαῖος τῷ ἰάμβῳ ἀντίκειται καὶ ὁ σπονδεῖος τῷ πυρριχίῳ, ὁ δάκτυλος τῷ ἀναπαιστῷ καὶ τινὰ τοιαῦτα.

CHOROB. 215. 15 sqq. ἀνάπαιστος δέ, ὃν καὶ καλοῦσι τινὲς ἀντιδάκτυλον, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς, τετράχρονος. ἐκλήθη δὲ οὕτως διὰ τὸ ἀντικειμένως ἔχειν τῷ ἠρώφῳ (δύο γὰρ ἔχει βραχείας κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς πλήξεως τοῦ ῥυθμοῦ, τὴν δὲ τρίτην μακρὰν ἐν τῇ θέσει) καὶ ἄνω παίειν ἀεὶ.

CHOROB. 222. 24 sqq. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς τρισυλλάβοις ὀκτῶ ὄντων τῶν ποδῶν δύο μόνοι εἰσὶ ἀποτελεστικοὶ μέτρων, ὁ δάκτυλος καὶ ὁ ἀνάπαιστος, ὅθεν καὶ περὶ αὐτῶν μόνων διαλαμβάνει ὁ τεχνικός, περὶ τε δακτυλικοῦ μέτρου κατ' ἰδίαν καὶ περὶ ἀναπαιστικοῦ· ἐπειδὴ οὖν ὁ στίχος ἀπὸ δακτύλου σύγκειται, εἰώθαμεν λέγειν· «γένους μὲν ἐστὶ δυαδικοῦ <τετρασήμου>». δύο γὰρ μόνοι εἰσὶ γενικοὶ καὶ ἀποτελεστικοὶ μέτρων, ὁ δάκτυλος καὶ ὁ ἀνάπαιστος, τετρασήμου δὲ εἴρηται οἰονεῖ τετραχρόνου.

CHOROB. 232. 7 sqq. καὶ ὁ σπονδεῖος δυνάμει δάκτυλός ἐστι, τῆς δευτέρας

μακρᾶς ἀντὶ δύο βραχειῶν παραλαμβανομένης ὅθεν καὶ ἐν τῷ ἀναπαιστικῷ λαμβάνεται πάλιν δυνάμει ἀνάπαιστος, τῆς πρώτης μακρᾶς ἀντὶ δύο βραχειῶν παραλαμβανομένης.

CHOEROB. 243. 14 sqq. μετρικοὶ δὲ πόδες εἰσὶ τροχαῖος ἴαμβος δάκτυλος ἀνάπαιστος, οἵτινες τῇ ποικιλίᾳ τῶν χρόνων κοσμοῦμενοι μέτρα ἴδια ποιοῦσιν· οὗτοι δὲ καλοῦνται μετρικοὶ καὶ ρυθμικοὶ πόδες.

LACHAR. *rhet.* 297 Graeven ἀνάπαιστος ἐκ β´ ~ ~ καὶ –, τετράχρονος, οἶον ‘Πολέμων’.

ENSTATH. in [Hom.] *Il.* I 40 (I, p. 59. 8 Valk) ‘παίω παίσω’, ἐξ οὗ καὶ πούς ἀνάπαιστος.

TRICH. 367. 6 sqq. ὁ δὲ ἀνάπαιστος, ὃν τινες καὶ ἀντιδάκτυλον καλοῦσι διὰ τὸ ἐναντίως ἔχειν τῷ δακτύλῳ, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς σύγκειται οἶον λεγεῶν.

TRICH. 381. 8 sqq. ὡς γὰρ ὁ τροχαῖος καὶ τὸ ἐκ τούτου μέτρον ἀντιπαθὲς ἦν τῷ ἰάμβῳ ἐν πᾶσιν, ὡς ἔφαμεν, οὕτω καὶ ὁ ἀνάπαιστος, ὃν τινες ὡς εἵπομεν καὶ ἀντιδάκτυλον καλοῦσι, τῷ δακτύλῳ.

TRICH. 381. 28 sqq. ὡς δὲ ὁ δάκτυλος οἰκείουται τῷ τροχαίῳ ὡς ἀπὸ μακρᾶς ἀρχομένῳ καὶ λήγοντι εἰς βραχεῖαν καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ δάκτυλος, οὕτω καὶ ὁ ἀνάπαιστος οἰκειῶς ἐστὶ τῷ ἰάμβῳ, ὡς ἀπὸ βραχείας ἀρχομένῳ ὁμοίως αὐτῷ.

STEPH. in Aristot. *rhet.* III 1. 9, 1404a. 30 (*Comm. in Aristot. Gr.* XXI 2, pp. 315. 34 sqq. Rabe) ‘τευτος ἐάλω’ (Dem. 21. 58) ἑτέρα καὶ τοῦτο διποδία ὡς ἐν καὶ αὐτῇ μέτρον ἀπὸ τοῦ τροχαίου καὶ ἀντιδάκτυλου ἦγουν ἀναπαιστος (οὗτος γὰρ καὶ ἀντιδάκτυλος λέγεται).

ARSEN. V 80b (CPG II, p. 356. 19 sqq. Leutsch) δάκτυλος ἐστὶ πούς συγκείμενος ἐκ μακρᾶς – καὶ δύο βραχειῶν ~ ~, οἶον ἥλιος· ἐκλήθη δὲ δάκτυλος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀρμογῶν, τουτέστιν ἀπὸ τῶν ἀρμονιῶν τοῦ δακτύλου, συγκείμενου ἐκ μείζονος ἀρμογῆς καὶ ἐλαττόνων δύο. οὗ ἐναντίος ὁ ἀνάπαιστος, συγκείμενος ἐκ δύο βραχειῶν ~ ~ καὶ μακρᾶς –, οἶον ‘ἠγεμών’.

ANON. *de ped.* 357. 15 sqq. τρισύλλαβοι δὲ (*scil.* πόδες) ὀκτώ· εἴ ἡ μὲν ἢ διφυῆς μετὰ ὁμοίας μιᾶς συντεθεῖσα ἐποίησε δ’ σχήματα, δικαίως μετὰ δύο συντεθεῖσα ποιεῖ ὀκτώ· ἑκατέρω γὰρ αὐτῶν ἐπισυναπτομένη διπλοῦν ἀπεργάζεται· ἐκάστῳ γοῦν προσιοῦσα τῶν δισυλλάβων ποδῶν συλλαβὴ δύο πορίζει σχήματα, τὸν δίβραχυν ποιοῦσα τρίβραχυν ἢ δάκτυλον, τὸν δὲ σπονδειὸν μολοσσὸν ἢ βακχείον, τὸν δ’ ἴαμβον ἀνάπαιστον ἢ ἀμφίμακρον.

ANON. AMBR. 225. 22 sqq. ὁ ἀνάπαιστος δὲ κέκληται παρὰ τὸ ἀντιπαίσθαι καὶ ἀντιπαθεῖν τῷ δακτύλῳ· αὐτὸ γὰρ σχῆμα ἐναντιώτατον ἐστὶν ἰδικῶς· ὁ μὲν γὰρ δάκτυλος ἔχει τὴν μακρὰν ἐν ἀρχῇ, ὁ δὲ ἀνάπαιστος ἐπὶ τοῦ τέλους.

ANON. VRB. 62 ἀνάπαιστος δὲ ἀντὶ τοῦ ὁ πρὸς τὸ ἀνάπαλιν τῷ δακτύλῳ καὶ ἀντιστρόφως.

APP. DION. 308. 1 sq. ~ APP. RHET. 337. 19 sq. ἀνάπαιστος ἐκ δύο βραχειῶν ~ ~ καὶ μακρᾶς – τετράχρονος, οἶον ‘Πολέμων’.

APP. DION. 333. 12 sq. διὰ τί ἐκλήθη ἀνάπαιστος; διὰ τὸ ἀνάπαλιν τοῦ δακτύλου ἀντιστρέφεισθαι.

SCHOL. VET. in Pind. *praeef.* (III, p. 308. 13 sq. Drachmann) ἀνάπαιστος, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς, ~ ~ -, οἷον ἄπάτωρ’.

SCHOL. in Aesch. *sept.* 2q (II 2, p. 12. 13 sqq. Smith) + εἴρηται ἡμῖν καὶ ἐν ἄλλοις ὅτι εὔρηται ἐν τῇ ἕκτη τοῦ ἰάμβου χώρα οὐ μόνον ἀνάπαιστος ὡς καὶ ἐνταῦθα τὸ ‘πρῦμνη πόλεως’, ἀλλὰ καὶ χορείος T.

SCHOL. in Aesch. *sept.* 694a (II 2, p. 301. 26 sqq. Smith) + οἱ γράφοντες ‘αἵματος οὐ θεμιτοῦ’ ἀμαθῶς μὲν γράφουσιν, οὐκ ἔξω δὲ λόγου. εὔρηται γὰρ οὐ μόνον βακχείος ἐν τῷ διμέτρῳ χοριαμβικῷ κώλῳ, ἀλλὰ καὶ ἀνάπαιστος, πλὴν ἴστωσαν ὡς ἐπειδὴ οὐ μόνον ‘θεμιτός’ εὔρηται, ἀλλὰ καὶ ‘θεμιστός’ καὶ ‘θεμιστεύω’ καὶ ‘θέμιστες’, οὐκ ἔστιν ἀπᾶδον τὸ ‘θεμιστοῦ’, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον οἰκείον πρὸς τὸ τῆς στροφῆς κῶλον T.

SCHOL. A in Hephaest. 110. 14 sq. προκελευσματικά μέτρα εἰ εὐρέθη δηλονότι ἀναπαιστικά ἐστιν.

SCHOL. B in Hephaest. 295. 9 sqq. ἐπεὶ οὖν δύο εἰσὶν αἱ συλλαβαί, μακρὰ καὶ βραχεῖα, προτιθέμεναι τοῖς τέτταρσι δυσλλάβοις (*scil.* τοῖς ποσὶ) τοὺς ὀκτῶ τρισυλλάβους ποιοῦσι δις γὰρ τὰ δ’ ὀκτῶ. ἐκκειμένων γὰρ τῶν τεσσάρων δι-συλλάβων, τοῦ τε πυρριχίου, τοῦ ἰάμβου, τοῦ τροχαιῶν καὶ τοῦ σπονδείου, ἐκάτερα τῶν δύο συλλαβῶν, τῆς μακρᾶς τε καὶ τῆς βραχείας, ἐκάστῳ προσιούσα δύο πόδας ποιεῖ. καὶ γοῦν ἢ μὲν βραχεῖα τῷ πυρριχίῳ προσιούσα τὸν τρίβραχυν ἤγουν τὸν χορείον ποιεῖ, ἢ δὲ μακρὰ τὸν δάκτυλον τῷ δ’ ἰάμβῳ ἢ μὲν βραχεῖα τὸν ἀνάπαιστον, ἢ δὲ μακρὰ τὸν ἀμφίμακρον.

SCHOL. B in Hephaest. 301. 10 sqq. τέταρτος (*scil.* τῶν τρισυλλάβων ποδῶν) <ό> ἀνάπαιστος ὁ τούτῳ (*scil.* τῷ δακτύλῳ) ἀντικείμενος, ἐκ δύο βραχειῶν καὶ μακρᾶς, οὗ χάριν ἀνάπαιστος κέκληται οἷονεὶ ἀναπεποδισμένος, τουτέστιν ἀντίστροφος, δάκτυλος, ὁ καὶ ἀντιδάκτυλος.

[PALAEM.] GL VI 207. 15 sqq. pedes trisyllabi quot sunt? octo. qui sunt? dactylus, anapaestus, molossus, tribrachus, idem qui brachysyllabus sive pygnomus, amphimacrus qui et creticus, amphibrachus sive mesites, bacchius, palimbacchius sive antibacchius sive pompicus ... anapaestus ex duabus brevibus et longa, ut ‘sapiens’, ‘Erato’.

QVINT. *inst.* IX 4. 81 ex iis (*scil.* pedibus) vero qui ternas syllabas habent dactylum longa duabusque brevibus, huic temporibus parem sed retro actum appellari constat anapaeston.

QVINT. *inst.* IX 4. 109 sq. qui non optime est sibi iunctus ἀνάπαιστος, ut qui sit pentametri finis, vel ῥυθμός, qui nomen ab eo traxit: (Cic. *orat.* 219) ‘nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est’ (nam synaliphe facit ut duae ultimae syllabae pro una sonent), melior fiet praecedente spondeo vel bacchio, ut si idem mutes ‘leve innocentiae praesidium est’.

[ASPER] GL V 548. 32 sqq. pedes simplices sunt duodecim: bisyllabi, hoc est binarum syllabarum, quattuor, pariambus, spondeus, iambus, trochaeus. trisyllabi, hoc est ternarum syllabarum, octo, anapaestus, dactylus, brachysyllabus, molossus, amphibrachus, creticus, bacchius, palimbacchius ... anapaestus constat ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut ‘aries’.

TER. MAVR. GL VI 367. 1402 sqq.

qui breves primas habebit atque longam tertiam,
is erit ἀνάπαιστος: sat audis quot sit iste temporum
(versus hic nusquam vacillat, hoc suo reddam loco):
huius exemplum tenebis, quando ‘populos’ nominas.

SACERD. GL VI 498. 22 sqq. anapaestus dactylo contrarius, inde dictus, quod ei referiatur [id est repercutiatur], quod Graeci ἀναπαίειν dicunt.

SACERD. GL VI 500. 20 sqq. anapaestico metro proceleumaticum additur. nam quoniam dactylo anapaestus contrarius est, ideo proceleumaticum metrum ex brevibus omnibus constans contra spondeadeum undique longum, quod dactylico additur, secum habet.

ARTHON. GL VI 40. 15 sqq. est enim arsis sublatio pedis sine sono, thesis depositio pedis cum sono: item arsis elatio temporis, soni, vocis, thesis depositio et quaedam contractio syllabarum ... 21 sqq. in dactylo vero tollitur una longa, ponuntur duae breves: in anapaesto contra, sicut in trochaeo et iambo ostendimus. etenim in simplicibus pedibus arsis ac thesis aut simpli aut dupli aut sescupli ratione taxatur. et in simplo quidem erunt pyrrichius, spondeus, dactylus, anapaestus: horum enim par est sublacioni positio, cum tantundem morae in duarum brevium positione quantum in unius longae sublacione habeatur.

ARTHON. GL VI 42. 7 sqq. rhythmorum autem tres esse differentias volunt in dactylo, iambo et paeone, quae fiunt per arsin et thesin. nam dactylus aequa temporum divisione taxatur, ut et anapaestus: uterque enim pes quattuor temporum est. nam ut longa prima dactyli duabus brevibus insequentibus par [sibi] et aequalis est, ita et in anapaesto fit, ut initium fini simile invenitur, et dicunt in arsi et thesi aequalem rationem <esse, id est> ἴσον λόγον.

ARTHON. GL VI 43. 18 sq. sit pyrrichius e duabus brevibus: hunc brevis tribrachyn, longa dactylum aut anapaestum facit.

ARTHON. GL VI 45. 14 sqq. at qui prima longa duabus brevibus subiectis ordinatur, dactylus dicitur temporum quattuor, ut ‘Virbius’: qui [et] a situ et similitudine digitorum, qui in manibus habentur, vocabulum traxit. nam ex utraque parte breviores longior<i> iunguntur. huic contrarius mutata temporum vice, pari autem magnitudine, erit anapaestus, qui et antidactylus vocatur, ut ‘scopulos’. horum in arsi et thesi tempus congruit, etiamsi in percussione discrepent syllabae. anapaestus autem a situ contrario et repercussione dactyli, quod est ἀντιπαίεισθαι, dictus; ideoque antidactylus nuncupatur.

ARTHON. GL VI 46. 11 sq. adaeque in spondeo soluta in breves prior longa anapaestum, sequens dactylum procreabit.

ARTHON. GL VI 74. 35 sqq. anapaesticum metrum originem trahere a ritmo dactylico in dubium non venit, cum isdem temporibus uterque eorum syllabisque subsistat: unde a quibusdam antidactylus dicitur, siquidem dactylus e longa et duabus brevibus, anapaestus e duabus brevibus et longa digesti situ ordinis tantum discrepare videantur.

DON. GL IV 370. 1 sq. anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut 'Erato'.

DIOM. GL I 465. 15 sqq. in his (*scil.* pedibus) vero qui ternas syllabas habent dactulum longa duabusque brevibus, huic temporibus parem sed retroactum appellari constat anapaeston.

DIOM. GL I 478. 27 sqq. huic (*scil.* dactylo) contrarius est anapaestus, quem antidactylum Graeci nominant. constat ex duabus brevibus et longa temporum totidem, ut 'nebulae', dictus παρὰ τὸ ἀναπαίειν κατὰ τὸ ἀνάπαλιν ἀντικρούειν πρὸς τὸν δάκτυλον, quia recurrendo repercutiens dactylum sono reciproco obloquitur ei per antistrophen.

DIOM. GL I 511. 21 sq. anapaestus autem fit ex duabus brevibus et longa.

ΑΜΜ. XXIV 6. 10 ergo ubi vicissim contiguae se cernerent partes, cristatis galeis corusci Romani vibrantesque clipeos velut pedis anapaesti praecinentibus modulis lenius procedebant.

SERV. in Verg. *Aen.* X 220 (p. 416. 4 sq. Thilo) 'Cybebe' autem bacchius est; nam 'Cybele', anapaestus est.

AVG. *de mus.* II 8. 15 octavus (*scil.* pes) anapaestus, ex duabus brevibus et longa, ut 'Erato', temporum quattuor.

AVG. *de mus.* II 10. 18 video primum pyrrichium tantum habere in levatione quantum in positione. spondeus quoque, dactylus, anapaestus, proceleumaticus, choriambus, diiambus, dichorius, antispastus, dispondeus, eadem ratione dividuntur: nam tantumdem temporis in his ponit plausus, quantum levat.

AVG. *de mus.* II 11. 20 nam dactylus et anapaestus et spondeus non solum aequalium temporum sunt, sed etiam percutiuntur aequaliter: in omnibus enim tantum levatio, quantum positio sibi vindicat.

AVG. *de mus.* II 14. 26 spondeum et dactylum et anapaestum et proceleumaticum amicos inter se atque copulabiles video: non enim tantum temporibus, sed plausu etiam sibi congruunt.

AVG. *de mus.* IV 1. 1 M. dic mihi, obsecro, quod metrum sit in pyrrichio minimum. D. tres breves. M. quantum ergo silendum est, dum repetitur? D. unum tempus, quod est unius brevis syllabae spatium. M. age, iam percutite hoc metrum, non voce, sed plausu. D. feci. M. percutite etiam hoc modo anapaestum. D. et hoc feci. M. quid tibi visum est interesse? D. prorsus nihil. M. quid? causam, cur ita sit, potesne dicere? D. videtur mihi satis apparere: nam quod in illo ad silentium, hoc in isto ad productionem ultimae syllabae refertur; nam eodem modo ibi brevis ultima, ut hic longa, percutitur; et post tantumdem intervallum reditur ad caput. sed ibi quiescitur donec spatium pyrrichii pedis, hic donec longae syllabae impleatur. ita in utroque par mora est, qua interposita remeamus.

AVG. *de mus.* IV 2. 2 M. videsne etiam illud, cum dicimus minimum metrum esse pyrrichium tres breves syllabas, ut unius brevis spatio sileatur, dum ad initium revertimur; nihil interesse, utrum hoc metrum, an pedes anapaestos repetamus? D. iam hoc quidem paulo ante illa percussione percepi. M. nonne ergo quidquid hic est confusum, distinguendum aliqua ratione arbitraris? D.

omnino arbitror. M. dic utrum aliam videas esse rationem, quae ista distinguat, nisi ut metrum pyrrichium non illud sit minimum, quod tibi videbatur in tribus brevibus, sed in quinque. post unum enim pedem ac semipedem silere mora semipedis eius qui debetur implendo pedi, atque ita redire ad initium, et hoc minimum metrum in pyrrichio constituere non nos sinit anapaesti parilitas, ut iam demonstratum est: quare post duos pedes et semipedem silendum est illud unum tempus, si confusione carere volumus. D. cur enim non duo pyrrichii sunt minimum metrum in pyrrichio, et quattuor syllabae breves potius, post quas silere opus non sit, quam quinque post quas opus sit? M. vigilanter quidem, sed non caves ne ab hoc te ita proceleumaticus, ut ab illo anapaestus excludat. D. verum dicis. M. placet ergo hic modus in quinque brevibus et silentio unius temporis? D. placet vero. M. videtur mihi oblitum esse te, quemadmodum in rhythmō dixerimus posse discerni utrum pyrrichio an proceleumatico curreretur. D. bene admones: nam plausu istos numeros ab invicem distinguendos comperimus: quare iam neque hic istum proceleumaticum metuo, quem plausu adhibito a pyrrichio discernere potero. M. cur igitur non eundem plausum adhibendum vidisti, ut ab illis tribus brevibus, id est pyrrichio et semipede, post quem oporteret unum tempus silere, discerneretur anapaestus? D. iam intellego, et in viam redeo, metrumque in pyrrichio minimum tres syllabas breves, quae, annumerato silentio, duorum pyrrichiorum tempus occupant, esse confirmo. M. probant ergo aures tuae hoc genus numeri: ‘si aliqua’, ‘bene vis’, ‘bene dic’, ‘bene fac’, ‘animus’, ‘si aliquid’, ‘male vis’, ‘male dic’, ‘male fac’, ‘animus’, ‘medium est’. D. satis probant, praesertim cum iam recordatus sim quemadmodum eos plaudi oporteat, ne cum metro pyrrichio anapaesti confundantur pedes.

AVG. *de mus.* IV 11. 13 nam manifestum tibi esse arbitror, alios esse sine mediis syllabis pedes, ut pyrrichius et caeteri binarum syllabarum; alios in quibus medium aut primae parti, aut extremae, aut utriusque, aut neutri, spatio conveniat; primae, ut in anapaesto, vel in palimbacchio, vel in paeone primo.

AVG. *de mus.* VI 10. 26 et nunc cum ipsa sua delectatione, quae in temporum momenta perpendit, et talibus numeris modificandis nutus suos exhibet, sic agit; quid est quod in sensibili numerositate diligimus? num aliud praeter parilitatem quamdam et aequaliter dimensa intervalla? an ille pyrrichius pes, sive spondeus, sive anapaestus, sive dactylus, sive proceleumaticus, sive dispondeus nos aliter delectaret; nisi partem suam parti alteri aequali divisione conferret?

MART. CAP. IX 982 anapaestus qui vocatur <maior add. Meibom> accipiet elationem unius temporis, positionem vero duorum temporum faciet ... quare anapaestus apomizonos dactylicus a nobis esse dicitur; at vero anapaestus, qui apelassonos nominatur, ex duabus brevibus, quae in elatione sint, et ex una, quae in positione sit, copulatur.

POMP. GL V 121. 28 sqq. haec enim resolutio est: ut si spondeus est et superiorem spondei syllabam solvas, et fecisti anapaestum; item si spondei posteriorem syllabam solvas, et fecisti dactylum. ergo solve priorem, et fecisti anapaestum manente syllaba posteriore.

POMP. GL V 124. 9 sqq. ergo hae sunt divisiones, quae aequae dicuntur, et habent hos pedes, nec alium habent: pyrrichium habent, spondeum, dactylum, anapaestum, proceleumaticum, dispondeum, diiambum, ditrochaem, anti-spastum, choriambum.

POMP. GL V 125. 20 sqq. ecce in versu heroico unus pes est legitimus spondeus; sed quoniam visus est durus et prae fractus, soluta est posterior syllaba, et fecit dactylum. si solvas priorem, facit anapaestum *** et trochaem in fine. isti nothi sunt.

SERG. GL IV 480. 23 sq. trisyllabi (*scil.* pedes) hi, tribrachus, molossus, anapaestus, dactylus, amphibrachus, amphimacrus, bacchius, palimbacchius.

SERG. GL IV 481. 27 sqq. inveniuntur in uno quoque metro pedes qui dicuntur nothi, idcirco quod velut adpositi a dignitate metri degenerent, ut est in versu heroico trochaem, anapaestus, proceleumaticus.

CLEDON. GL V 30. 17 sqq. resolutio ideo inventa est, quia licet nobis pro una longa syllaba duas breves ponere, hoc exemplo, quia Vergilius anapaestum posuit, ut: (*georg.* I 482)

fluviorum rex Eridanus.

SIDON. *epist.* IV 3. 8 ita tibi facile factu est minutis trochaem minutioribusque pyrrichii non solum molossicas anapaesticasque ternarias sed epitritorum etiam paeonumque quaternatas supervenire iuncturas.

SIDON. *epist.* IX 15. 1, v. 10 sqq.

spondam daturus et subinde versui,
modo in priore parte, nunc in extima
anapaestus, ipse quamquam et absolutius
pronuntietur, cum secuta tertia
geminae brevique longa adhaeret syllaba.

AVDAX GL VII 333. 25 sqq. pes quid est? compositio duarum vel trium aut etiam quattuor syllabarum secundum rationem sui cuiusque metri. pedum genera quot sunt? duo. quae sunt? aut enim simplices sunt pedes aut duplices. simplicium species quot sunt? duae. quae sunt? disyllabi et trisyllabi ... 334. 17 sqq. pedes trisyllabi quot sunt? octo. qui sunt? ... huic (*scil.* dactylo) contrarius est anapaestus, qui constat ex duabus brevibus et longa, ut 'sapiens'. anapaestus unde dictus? quod ex contrario quam dactylus feriat [contrarius fiat].

ISID. *etym.* I 17. 7 anapaestus. [appellatur quia remissionibus et ludis hic pes magis dicatus est.]

ISID. *etym.* I 17. 23 partimus ergo in aequa (*scil.* divisione) hos: ... anapaestum, ∪ ∪ | – .

IVL. TOL. 157. 99 sqq. qui pes sequitur? anapaestus. ex quibus syllabis constat? ex duabus brevibus et longa, ut 'bonitas'. quot tempora habet? quattuor. cuius divisionis est? aequae. quomodo? arsis habet duo tempora, et thesis duo. unde habet etymologiam? anapaestus dictus, quia ludis et remissionibus pes ipse dicatus est.

BEDA 108. 19 sq. anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut 'pietas'.

BEDA 123. 20 sqq. tale est et: (Verg. *georg.* I 482)
fluviorum rex Eridanus.

‘fluvio’ anapaestus est, sed si facis stringendo unam syllabam ‘fluv’, alteram ‘io’, efficis de anapaesto spondeum.

BONIF. 109. 19 sqq. partimur ergo in aequo hos: ... anapaestum ∪ ∪ | – .

ALDHELM. *de metr.* 151. 8 sqq. sunt pedes, qui aequam divisionem sortiuntur et velut pari temporum lance ponderantur, quod arsis et thesis aequali discretionis statera gubernat, id est pyrrichius, spondeus, dactylus, anapaestus, proceleumaticus, dispondeus, diiambus, ditrochaeus, antispastus, coriambus.

ALDHELM. *de metr.* 163. 7 sqq. quae sunt exempla anapaesticis regulis mancipata ac subiecta? haec sunt nomina anapaesto suffragantia et concordia ratione respondentia utpote ‘deitas’, ‘pietas’, ‘bonitas’, ‘novitas’, ‘brevitas’, ‘levitas’, ‘gravitas’, ‘probitas’, ‘feritas’, ‘species’, ‘sanies’, ‘macies’, ‘glacies’, ‘rabies’, ‘scabies’, ‘series’, ‘facies’, ‘acies’ et reliqua similia.

ALDHELM. *de metr.* 163. 28 sqq. anapaestus qua divisionis formula partitur et quo accentu profertur? eidem anapaesto aequa divisio competit, quia totidem tempora arsis sibi usurpat, quot in thesi continentur.

CRVIND. 18. 21 sq. trisyllabi (*scil.* pedes) VIII: tribrachus, molossus, dactylus, anapaestus, amphibrachus, bacchius, antibacchius.

CRVIND. 19. 3 sqq. trisyllabi (*scil.* pedes) VIII, hi sunt ... anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum IIII, ut ‘pietas’.

CRVIND. 19. 19 sqq. ex quo apparet VIII principalibus metris VIII pedes ita adtributos, qui quidem pedes hi sunt: spondeus, iambus, pyrrichius, trochaeus, dactylus, anapaestus, choriambus, antispastus, ionicus a maiore, ionicus a minore.

CRVIND. 21. 6 sqq. et hos pedes aequa divisio tenet: pyrrichium, spondeum, dactylum, anapaestum, proceleumaticum, dispondeum, diiambum, ditrochaeum, antispastum, choriambum.

CRVIND. 23. 28 sq. si enim Pompeio teste priorem spondei syllabam solvas, facis anapaestum.

ANTH. LAT. 480. 5 sq.

dactylus ex longa veniet brevibusque duabus.

idem anapaestus erit, brevibus si coeperit ante.

ANON. GL VI 307. 14 sq. anapaestus ex duabus brevibus et longa temporum quattuor, ut ‘nebulae’.

GLOSS. LAT. *abol.* (III, p. 103 Lindsay-Thomson) An 30 anapaestus: <ex duabus brevibus>.

GLOSS. LAT. (I, p. 51 Lindsay-Mountford-Whatmough) Gloss. Ansileubi AN 37 anap<a>estus (Isid. *etym.* I 17. 7)

SCHOL. BEMB. in Ter. *Adelph.* 763 (p. 104 Mountford) (edepol ...) [Syru]s servus egreditur iambico [metro] luxuriose adludens. [moll]ius enim metrum tem[porib]us anapaesticis sonat [neque] ultima claudicat syllaba. [M.E.]